Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et sextus angelus effudit phyalam suam in flumen illud
magnum euphraten. et siccauit aquam eius. Euphrates flu
uius est babylonie qui ut fertur babylonia ingreditur.
plures diuidit in riuos. Qui fluuius sepe in mala parte
ponit. Vnde et. Super flumina babylonis illic sedimus
et fleuimus. Hieremias quoq; dicit. Sacrificium dni sabba
oth in terra aquilonis in flumine magno euphrate.
Per flumen magnum euphraten potentia istius seculi
exprimit. et omnis multitudo malorum contra quos
sci predicatores indesinenter loquunt. Diuidatur hic
fluuius in multos riuos. quia malorum multitudo p
multa diuidit crimina. Alii enim sunt homicide alii
adulteri. alii diuersis criminib; maculati. Siccabit
aqua eius. quia potestas peccandi auferet. Cum enim
dampnati cum diabolo et angelis eius fuerint reprobi
omnis facultas peccandi auferetur. Non tamen uolun
tas mala deerit. quia si fieri posset eternaliter uiuere
eternaliter peccare. eternaliter scos uellent persequi
ac tribulare. Vnde et dns nequaquam dicturus est
illis repulsis. discedite a me qui operati estis iniqui
tatem. sed qui operamini. tamquam dicat qui nunc
usq; uoluntate mala operandi habetis. Vnde psal
mista dicit. Considerat pec cator iustum et querit
mortificare eum. Si enim fieri posset sicut
nero interfecit petrum in hac utta. sic illum
uella interficere in iudicio. Dicatur ergo
de angelo effudit phyalam suam in flumen
euphraten. et siccauit aquam eius.
ac si diceretur: Oblata utte